

sacramento de toda tu Iglesia, y por un efecto de tu continua providencia cumple suavemente la obra de la salvacion del género humano: para que experimente y vea todo el mundo que levantas lo que está caído, renuevas lo que está envejecido, y que todas las cosas enteramente son restablecidas por el mismo de quien tuvieron principio, Jesucristo nuestro Señor, hijo tuyo. Que contigo, etc.

PROFECÍA 3. *Genes. 22.*

En aquellos dias probó Dios á Abraham, y le dijo: Abraham, Abraham. Y él respondió: aquí estoy. Dijo le Dios: toma á Isaac tu hijo único á quien amas, y vete á la tierra de la vision, allí le ofrecerás en holocausto sobre uno de los montes que yo te mostraré. Abraham, pues, levantándose aun de

nostrum, abrahā xū
oolljvram le habingino

pitiūs ad tottus Ecclesiæ tuæ mirabile sacramentum, et opus salutis humanæ, perpētuae dispositionis effectu tranquillius operare: totūque mundus experiatur et videat, dejecta erigi, inveterata renovari, et per ipsum redire omnia in integrum, à quo sumpsere principium, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

PROPHETIA 3.

Gen. 22.

In diebus illis: Tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. At illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi. Igitur Abraham de nocte con-

surgens, stravit asinum suum: ducens secum duos juvenes, et Isaac filium suum: cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem praeceperat ei Deus. Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, et imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis et ligna: ubi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus providet sibi victimam holocausti, fili mi. Pergabant ergo

noche, aparejó su asno, llevando consigo dos mozos suyos y á su hijo Isaac; y habiendo cortado leña para el holocausto, encaminóse al lugar que Dios le habia mandado. Y al tercer dia levantando los ojos, vió de lejos el lugar, y dijo á sus mozos: espéroos aqui con el asno; que yo y el muchacho iremos hasta allí, y luego que adoremos al Señor, volveremos á vosotros. Tomó tambien la leña para el holocausto, y púsola sobre su hijo Isaac; Abraham llevaba en sus manos el fuego y el cuchillo. Y asi caminando ambos juntos, dijo Isaac á su padre: Padre mio: y él respondió: ¿qué quieres, hijo mio? Aquí está, dijo, el fuego y la leña: mas la víctima para el holocausto, ¿dónde está? Y respondió Abraham: Dios proveerá para sí, hijo mio, de víctima para el holocausto. Iban, pues,

ambos caminaudo juntos, y llegaron al lugar que Dios le habia mostrado, en donde Abrahan erigió un altar, sobre el cual dispuso la leña; y atando á su hijo Isaac, le puso en el altar sobre el monton de la leña. Extendió su mano, y tomó el cuchillo para inmolar á su hijo. Y al punto el ángel de Dios le dió voces desde el cielo, diciendo: Abrahan, Abrahan. El cual respondió: aquí estoy. Y el ángel le dijo: no extiendas tu mano sobre el muchacho, ni le hagas nada: ahora he conocido que temes á Dios, pues no has perdonado á tu único hijo por obedecerme. Alzó Abrahan sus ojos, y vió á sus espaldas un carnero enredado por las astas en una zarza, é inmolándole, le ofreció en holocausto en lugar de su hijo. Y llamó á aquel lugar *Dios ve*. Por tanto se

páriter: et venérunt ad locum quem osténderat ei Deus, in quo ædificávit altáre, et désuper ligna compósuit: cùmque alligásset Isaac filium suum, pósuit eum in altáre super struem lignórum. Extendítque manum, et arrípuit gláadium, ut immoláret filium suum. Et ecce Angelus Dómini de cælo clamávit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respóndit: Adsum. Dixítque ei: Non extédas manum tuam super púerum, neque fácias illi quidquam: nunc cognóvi quòd times Deum, et non pepercísti unigénito filio tuo propter me. Levávit Abraham óculos suos, vidítque post tergum arietem inter vepres hæréntem córni- bus, quem assúmens óbtulit holocáustum pro filio. Appellávitque nomen loci illius,

Dóminus videt. Undè usque hódie dicitur: In monte Dóminus vidébit. Vocávit autem Angelus Dómini Abraham secúndo de cælo, dicens: Per memetípsum jurávi, dicit Dóminus: quia fecísti hanc rem, et non pepercísti filio tuo unigénito propter me: benedicam tibi, et multiplicábo semen tuum sicut stellas cæli, et velut arénam quæ est in líttore maris: possidébit semen tuum portas inimicórum suórum, et benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ, quia obedísti voci meæ. Révêrsus est Abraham ad púeros suos, abierúntque Bersabée simul, et habitávit ibi.

Orémus. Flectámus génua.

R. Leváte.

ORATIO.

Deus, fidélium Pa-

III.

dice todavía: en el monte llamado el *Señor verá*. El ángel del Señor llamó segunda vez á Abrahan desde el cielo, diciendo: Por mí mismo he jurado, dice el Señor, que por cuanto hiciste esto, y no perdonaste á tu único hijo por obedecerme, yo te bendeciré, y multiplicaré tu descendencia como las estrellas del cielo, y como la arena que está en la orilla del mar, y tu posteridad poseerá las ciudades de sus enemigos, y en tu descendencia serán bendecidas todas las naciones de la tierra, porque obedeciste á mi voz. Y volvió Abrahan á donde estaban sus mozos, y se encaminaron juntos á Bersabé, donde hizo morada.

Oremos. Hinquemos las rodillas.

R. Levantaos.

ORACION.

Dios, supremo Padre

10

de los fieles, que extendiendo la gracia de la adopcion: multiplicas por todo el mundo los hijos de tu promesa; y que por el misterio de la Pascua constituyes á tu siervo Abrahan padre de todas las naciones conforme se lo juraste: haz que tus pueblos entren dignamente en la gracia de tu vocacion. Por nuestro Señor Jesucristo, etc.

PROFECÍA 4. *Exod. 14 y 15.*

En aquellos dias, llegada la vigilia de la mañana, mirando el Señor al campo de los Egipcios por entre la columna de fuego y de nube, deshizo su ejército, y trastornó las ruedas de sus carros, y fueron precipitados al profundo. Entonces los Egipcios dijeron: huyamos de los Israelitas, porque el Señor pelea por ellos contra nosotros. Y dijo el Señor á Moisés: extiende tu

ter summe, qui in toto orbe terrarum, promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas: et per Paschale sacramentum, Abraham puerum tuum, universarum, sicut jurasti, gentium efficit patrem: da populis tuis dignè ad gratiam tuæ vocationis introire. Per Dominum nostrum.

PROPHETIA 4.

Exod. 14 f et 15.

In diebus illis: Factum est in vigilia matutina, et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis et nubis, interfecit exercitum eorum: et subvertit rotas currum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii: Fugiamus Israël: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen:

Extende manum tuam super mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currus et equites eorum. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primò diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, et involvit eos Dominus in mediis fluctibus. Reversæque sunt aquæ, et operuerunt currus et equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem Israël perrexerunt per medium siccis maris, et aquæ eis erant quasi pro muro à dextris et à sinistris: liberavitque Dominus in die illa Israël de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos super litus maris, et manum magnam quam exercuerat Dominus

mano sobre el mar, para que vuelvan á reunirse las aguas sobre los Egipcios, sobre sus carros y su caballería. Y habiendo Moisés extendido la mano sobre el mar, volvió el agua al amanecer á su lugar antiguo, y huyendo los Egipcios, se encontraron con las aguas, los arrolló el Señor en medio de las olas. Y volvieron á juntarse las aguas, y cubrieron los carros y la caballería de todo el ejército de Faraon que habia entrado en el mar en su seguimiento, no quedando ni solo uno. Mas los hijos de Israel pasaron á pie enjuto por medio del mar, sirviéndoles las aguas de muralla á la diestra y á la siniestra. Así salvó Dios á Israel en aquel dia de mano de los Egipcios, y vieron los Israelitas los cadáveres de los Egipcios en la orilla del mar, y que la poderosa mano del Señor habia descargado so-

bre ellos : y el pueblo temió al Señor, y creyeron al Señor y á su siervo Moisés. Entonces Moisés y los hijos de Israel entonaron este cántico al Señor, y dijeron.

TRACTO.

Cantemos al Señor, porque gloriosamente se ha engrandecido : arrojó en el mar al caballo y al caballero. Él se hizo mi ayudador y mi protector para salvarme.

ÿ. Este es mi Dios, y le glorificaré : el Dios de mi Padre, y le ensalzaré.

R. El Señor es el que destruye los ejércitos. Su nombre es el Señor.

Oremos. Hinquemos las rodillas.

R. Levantaos.

ORACION.

Dios, cuyas antiguas maravillas vemos resplandecer igualmente en nuestra edad, obrando por medio del agua de la re-

contra eos : timuitque populum Dóminum, et crediderunt Dómino, et Móysi servo ejus. Tunc cécinít Móyses et filii Israël carmen hoc Dómino, et dixerunt.

TRACTUS.

Cantémus Dómino : gloriósè enim honorificátus est : équum et ascensórem projéctit in mare : adjútor et prótector factus est mihi in salútem.

ÿ. Hic Deus meus, et honorificábo eum : Deus patris mei, et exaltábo eum.

R. Dóminus cónterens bella : Dóminus nomen est illi.

Oremus. Flectámus génua.

R. Leváte.

ORATIO.

Deus, cujus antiqua miracula étiam nostris sæculis coruscáre sentimus; dum quod uni pópulo, à persecutióne

Ægyptiaca liberándo, dextera tuæ poténtis contulisti, id in salútem Géntium per aquam regeneratiónis operáris : præsta, ut in Abrahæ filios, et in Israëlíticam dignitátem, totíus mundi tráns-eat plenitúdo. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

PROPHETIA 5.

Isaiæ 54. g et 55.

Hæc est heréditas servórum Dómini, et justitia eórum apud me, dicit Dóminus. Omnes sitiéntes veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite, et comédite : veníte, émite absque argéto, et absque ulla commutatióne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus, et labórem vestrum non in saturitáte? Audíte audiéntes me, et comédite bonum, et

generación para salvacion de las naciones, lo que diste á un solo pueblo librándole con el poder de tu brazo de la persecucion de los Egipcios; haz que todos los pueblos de la tierra lleguen á ser hijos de Abrahan, y participen de la dignidad del pueblo de Israel. Por nuestro Señor Jesucristo, etc.

PROFECÍA 5. Isai. 54 y 55.

Esta es la herencia de los siervos del Señor, y su justicia delante de mí, dice el Señor. Todos los que teneis sed, venid á las aguas : los que teneis dinero, daos prisa, comprad y comed. Venid, comprad sin dinero y sin cambio alguno vino y leche. ¿Porqué gastais el dinero en lo que no puede alimentaros, y vuestro trabajo en lo que no puede saciaros? Oídme con atencion : comed lo bueno, y se deleitará vuestra alma en la

grosura. Escuchadme y venid á mí : oid y vivirá vuestra alma, y haré con vosotros una eterna alianza cumpliendo las misericordias que prometí á David. Mirad que le envié por testigo á los pueblos, por capitán y maestro á las naciones. He aquí llamarás á un pueblo que no conocias, y las naciones que no te conocieron, correrán á tí por amor del Señor tu Dios, y el Santo de Israel, que te glorificó. Buscad al Señor mientras se puede hallar; invocadle mientras está cerca. Deje el impío su camino, y el hombre malvado sus pensamientos, y vuélvase al Señor, que usará con él de misericordia : y á nuestro Dios, porque está lleno de bondad para perdonar. Porque mis pensamientos no son como vuestros pensamientos, ni vuestros caminos como

delectábitur in crassitudine ánima vestra. Inclínate aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra, et fériam vobiscum pactum sempitérnum, misericórdias David fidéles. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem Géntibus. Ecce gentem, quam nesciebas, vocábis : et Gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dóminum Deum tuum, et sanctum Israël, quia glorificávit te. Quærite Dóminum, dum inveniri potest : invocáte eum, dum propè est. Derelinquat impius viam suam, et vir iníquus cogitátiones suas, et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, et ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitátiones meæ, cogita-

tiónes vestre : neque viæ vestre, viæ meæ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur cœli à terra, sic exaltátæ sunt viæ meæ à viis vestris, et cogitátiones meæ à cogitátionibus vestris. Et quómodo descendit imber et nix de cœlo, et illuc ultra non revertitur, sed inébrat terram, et infúndit eam, et germinare eam facit, et dat semen serénti, et panem comedénti : sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo : non revertétur ad me vacuum, sed faciet quæcúmque vólui : et prosperábitur in his, ad quæ misi illud : dicit Dóminus omnipotens.

Orémus. Flectámus génuá.

R. Leváte.

ORATIO.

Omnipotens sempitérne Deus, multiplica

mis caminos, dice el Señor : porque así como son mas altos los cielos que la tierra, así son mas altos mis caminos que vuestros caminos, y mis pensamientos que vuestros pensamientos. Y á la manera que la lluvia y la nieve descien den del cielo y no vuelven allá, sino que inundan la tierra, la fecundizan, y hacen que produzca y dé semillas para sembrar, y pan para comer : así será mi palabra que saldrá á mí sin fruto, sino que hará todo lo que yo quiero, y producirá el efecto para que la he enviado, dice el Señor omnipotente.

Oremos. Hinquemos las rodillas.

R. Levantaos.

ORACION.

Omnipotente y eterno Dios, multiplica para glo-

ria de tu nombre lo que prometiste á la fe de nuestros padres, y aumenta por una santa adopcion los hijos de aquella promesa: para que tu Iglesia vea ya en grande parte cumplido lo que aquellos primeros santos creyeron firmemente que sucederia. Por nuestro Señor Jesucristo, etc.

PROFECÍA 6. *Baruch* 3.

Oye, Israel, los mandamientos de vida: inclina tus oídos para aprender la prudencia. ¿Cómo es, Israel, que vives en tierra de enemigos, y te has envejecido en tierra extraña, y te has contaminado con los muertos, y eres confundido con los que descienden al sepulcro? Porque dejaste la fuente de la sabiduría. Pues, si hubieses andado por el camino de Dios, hubieras vivido en perpetua paz. Aprende, pues, dónde está la prudencia,

in honorem nominis tui quod patrum fidei spondisti: et promissionis filios sacra adoptione dilata: ut quod priores sancti non dubitaverunt futurum, Ecclesia tua magna jam ex parte cognoscat implerum. Per Dominum.

PROPHETIA 6.
Baruch 3. b.

Audi Israël mandata vitæ: auribus percipe, ut scias prudentiam. Quid est Israël quod in terra inimicorum es? in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna. Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus: ut scias

simul ubi sit longiturnitas vitæ et victus: ubi sit lumen oculorum, et pax. Quis invenit locum ejus? et quis intravit in thesauros ejus? Ubi sunt principes Gentium, et qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? qui in avibus celi ludunt, qui argentum thesaurizant et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, et solliciti sunt, nec est inventio operum illorum? Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt, et alii loco eorum surrexerunt. Jvenes viderunt lumen, et habitaverunt super terram: viam autem disciplinæ ignoraverunt, neque intellexerunt semitas ejus, neque filii eorum susceperunt eam, à facie ipsorum longè facta est: non est audita in

dónde la fortaleza, dónde la inteligencia; para que conozcas tambien dónde está la vida larga y el sustento, dónde está la luz de los ojos y la paz. ¿Quién halló la morada de la sabiduría? ¿ni quién entró jamas en sus tesoros? ¿Dónde estan los principes de las gentes, y los que dominan sobre las bestias de la tierra? ¿los que se recrean en la caza de las aves del cielo, los que atesoran plata y oro en que confian los hombres, y no se sacia su avaricia? ¿los que labran la plata, y andan afanados, y no tienen término sus invenciones? Fueron exterminados y descendieron á los infiernos, y han sucedido otros en su lugar. En su juventud vieron la luz, y habitaron sobre la tierra; pero ignoraron el camino de la ciencia, y no entendieron sus veredas, ni la abrazaron sus hijos. Lejos es-

tuvo de ellos; no fue oída en la tierra de Canaan, ni fue vista en Theman. Ni los hijos de Agar que buscan cuidadosamente la prudencia terrena, ni los mercaderes de Merrha y de Theman, ni los fabuladores, ni los que con tanto afán buscan la prudencia y la inteligencia, conocieron el camino de la sabiduría, ni sus verdades les vinieron á la memoria. ¡Oh Israel! ¡cuán grande es la casa del Señor, y espacioso el lugar de su posesion! Grande es, y no tiene término, excelso é inmenso. Allí estuvieron aquellos famosos gigantes de grande estatura, diestros en guerrear, que hubo desde el principio. No los eligió Dios, ni hallaron el camino de la ciencia, y por eso perecieron. Y porque no tuvieron sabiduría, su misma necedad les causó la muerte. ¿Quién subió al

¿Quién subió al

terra Chanaan, neque visa est in Theman. Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quae de terra est, negotiatores Merrhae et Theman, et fabulatores, et exquisitores prudentiae et intelligentiae: viam autem sapientiae nescierunt, neque commemorati sunt semitas ejus. O Israel, quam magna est domus Dei, et ingens locus possessionis ejus! Magnus est, et non habet finem: excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi; qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinae inveniunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in caelum, et accepit eam,

et eduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, et invenit illam, et attulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias ejus, neque qui exquirat semitas ejus: sed qui scit universa, novit eam, et adinvent eam prudentia sua: qui preparavit terram in aeterno tempore, et replavit eam pecudibus et quadrupedibus: qui emittit lumen, et vadit: et vocavit illud, et obedivit illi in tremore. Stellae autem dedrunt lumen in custodiis suis, et latatae sunt: vocatae sunt, et dixerunt: Adsumus: et luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, et non astimabitur alius adversus eum. Hic adinvent omnem viam disciplinae et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post haec in ter-

cielo para recibirla, ó la hizo bajar desde las nubes? ¿Quién atravesó el mar para hallarla, y traerla antes que el oro finísimo? Ninguno hay que pueda conocer sus caminos, ni quien averigüe sus veredas. Mas el que conoce todas las cosas las conoce, y con su prudencia las halla. El que preparó la tierra desde la eternidad, y la llenó de ganados y cuadrúpedos. El que envía la luz, y ella va: el que la llama, y ella le obedeció con temblor: por quien las estrellas desde sus órbitas derraman luz con alegría: llamadas por él, respondieron: Aquí estamos, y con júbilo resplandecieron á su Criador. Este es nuestro Dios, y no hay otro que se le pueda comparar. Este es el que halló todos los caminos de la ciencia, y la dió á su siervo Jacob y á Israel su amado. Despues á

Despues á Israel su amado. Despues á

de esto se dejó ver en la tierra, y conversó con los hombres.

Oremos. Hinquemos las rodillas.

R. Levantaos.

ORACION.

Dios, que incesantemente acrecientas tu Iglesia por la vocacion de las gentes, concede benignamente tu proteccion a los que lavas con el agua del bautismo. Por nuestro Señor, etc.

PROFECÍA 7. *Ezeq. 37.*

En aquellos dias la mano del Señor vino sobre mí, y habiéndome transportado en espíritu del Señor, me dejó en medio de un campo que estaba lleno de huesos, y me llevó al rededor de ellos; eran muchos los que ha-

ris visus est, et cum hominibus conversatus est.

Orémus. Flectámus genua.

R. Leváte.

ORATIO.

Deus, qui Ecclésiám tuam semper Géntium vocatióne multiplicas: concède propitijs; ut quos aqua baptismatis abluis, continúa protectione tueáris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus sancti Deus.

R. Amen.

PROPHETIA 7.

Ezech. 37.

In diébus illis: Facta est super me manus Dómini, et edúxit me in spiritu Dómini: et dimisit me in medio campi, qui erat plenus óssibus: Et circumdúxit me per ea in gyro: erant autem multa

valde super faciém campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me: Fili hóminis, putasne vivent ossa ista? Et dixi: Dómine Deus, tu nosti. Et dixit ad me: Vaticináre de óssibus istis: et dices eis: Ossa árida audite verbum Dómini. Hæc dicit Dóminus Deus óssibus his: Ecce ego intromittam in vos spíritum et vivétis. Et dabo super vos nervos, et succrésce-re faciám super vos carnes, et superexténdam in vobis cutem: et dabo vobis spíritum, et vivétis, et sciétis quia ego Dóminus. Et prophetávi sicut præcéperat mihi: factus est autem sónitus, prophetánte me, et ecce commótió: et accessérunt ossa ad ossa, unumquódque ad junctúram suam. Et vidi, et ecce super ea nervi et carnes ascendérunt:

bia sobre la faz del campo, y estaban secos en extremo, y me dijo: ¿piensas tú, hijo del hombre, que estos huesos pueden vivir? y respondí: Señor Dios, tú lo sabes. Y díjome: profetiza sobre estos huesos, y diles: huesos secos, oid la palabra del Señor: esto dice el Señor Dios á estos huesos: yo haré entrar en vosotros espíritu y vivireis; y os haré nacer nervios, re-vestiré de carne, y os cubriré de piel, y os daré espíritu y vivireis, y sabreis que yo soy el Señor. Y profeticé como me habia mandado, y mientras yo profetizaba, se oyó un grande estruendo y conmocion. Y los huesos se juntaron unos á otros cada uno á su coyuntura. Y miré y ví como sobre ellos se formaron nervios, y la

carne los cubrió, y se cubrieron de piel: mas no tenían espíritu. Y me dijo: habla al espíritu; profetiza, hijo del hombre, y di al espíritu: esto dice el Señor Dios: espíritu, ven de los cuatro vientos, y sopla sobre estos muertos para que revivan. Y profeticé como me había mandado; y entró el espíritu en ellos y vivieron, y se pusieron en pie formando un numerosísimo ejército. Y me dijo: hijo del hombre, todos estos huesos son la casa de Israel. Ellos dicen, se secaron nuestros huesos y pereció nuestra esperanza, y fuimos talados. Por tanto profetiza y diles: esto dice el Señor Dios: pueblo mio, yo abriré vuestras sepulturas, y os sacaré de vuestros sepulcros, y os llevaré a la tierra de Israel. Y sabreis,

et exténta est in eis cutis désuper, et spiritum non habébant. Et dixit ad me: Vaticinâre ad spiritum vaticinâre fili hóminis, et dices, ad spiritum: Hæc dicit Dóminus Deus. A quátuor ventis veni spiritus, et insúfla super interféctos istos, et reviviscant. Et prophetávi sicut præcéperat mihi: et ingressus est in ea spiritus, et vixerunt: steterúntque super pedes suos exércitus grandis nimis valdè. Et dixit ad me: Fili hóminis ossa hæc univérsa, domus Israël est: ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, et périit spes nostra, et abscissi sumus. Propterea vaticinâre, et dices ad eos: Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego apériam túmulos vestros, et edúcam vos de sepúlchris vestris, pópulus meus: et indúcam vos in ter-

ram Israël. Et sciétis quia ego Dóminus, cum aperúero sepúlchra vestra, et edúxero vos de túmulis vestris, pópulus meus: et dédero spiritum meum in vobis, et vixeritis, et requiescere vos faciám super humum vestram: dicit Dóminus omnipotens.

Orémus. Flectámus genua.

R. Leváte.

ORATIO.

Deus, qui nos ad celebrándum Paschále sacraméntum, utriúsque testaménti páginis ínstruis: da nobis intelligere misericórdiam tuam; ut experceptióne præsentium múnere firma sit expectátio futurórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus; per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

pueblo mio, que yo soy el Señor, cuando abriere vuestras sepulturas, y os sacare de vuestros sepulcros, y cuando infundiéndos mi espíritu revivireis, y os haré descansar sobre vuestra tierra, dice el Señor omnipotente.

Oremos. Hinquemos las rodillas.

R. Levantaos.

ORACION.

Dios, que por las escrituras de uno y otro testamento nos enseñas cómo debemos celebrar los misterios de la Pascua: danos á conocer la grandeza de tu misericordia, para que á vista de los dones que en esta vida recibimos, esperemos firmemente los de la eterna. Por nuestro Señor Jesucristo, etc.

PROFECÍA 8. *Isai. 4.*

En aquel dia siete mugeres tomarán un hombre solo, y le dirán : nosotras comeremos de nuestro pan y nos vestiremos de nuestras ropas, con tal que seamos llamadas tus esposas, y nos quites el oprobio de nuestra esterilidad. En aquellos dias se verá el renuevo del Señor con magnificencia y gloria, y el fruto de la tierra se verá exallado; y será la alegría de los que fueren hechos salvos de Israel. Entonces todos los que quedaren en Sion y en Jerusalem, serán llamados santos; todos los que en Jerusalem estan escritos en el libro de la vida. Cuando el Señor hubiere lavado las inmundicias de las hijas de Sion, y purificado á Jerusalem de la sangre que está en medio de ella, con espíritu de juicio y con espíritu de ardor. Y criará el Señor sobre toda la extension del

PROPHETIA 8.
Isaia 4.

Apprehéndent septem mulieres virum unum in die illa, dicentes : Panem nostrum comedemus, et vestiméntis nostris operiémur : tantummodò invocétur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen Dómini in magnificéntia et glória, et fructus terræ sublimis, et exultatio his qui salvati fuerint de Israël. Et erit : Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerúsalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerúsalem. Si abluerit Dóminus sordes filiárum Sion, et sanguinem Jerúsalem laverit de medio ejus in spiritu judicii, et spiritu ardoris. Et creabit Dóminus super omnem locum montis

Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte : super omnem enim glóriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diéi ab æstu, et in securitatem, et absconsonem à turbine, et à pluvia.

TRACTUS.

Vinea facta est dilecto in cornu, in loco uberi.

ÿ. Et maceriam circumdedit et circumfodit : et plantavit vineam Sorec, et edificavit turrim in medio ejus.

ÿ. Et torcular fodit in ea : vinea enim Dómini Sabaoth, domus Israël est.

Orémus, Flectámus genua.

R. Leváte.

ORATIO.

Deus, qui in omni-

monte de Sion, y donde fuere invocado, una nube de dia, y humo y resplandor de fuego que eche llamas por la noche. Porque él protegerá por todos lados el lugar de su gloria: y su Tabernáculo nos defenderá con su sombra contra el calor del dia, y nos dará asilo contra el turbion y contra el aguacero.

TRACTO.

Mi amado tiene una viña en un lugar elevado y fértil.

ÿ. Y la cercó de pared y de foso : y la plantó de vides de Sorec, y en medio de ella edificó una torre.

ÿ. Y construyó en ella un lagar : y la viña del Señor de los ejércitos es la casa de Israel.

Oramos. Hinquemos las rodillas.

R. Levantaos.

ORACION.

Dios, que por boca de